

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

XXIII. Ioachim Dei Gratia Marchio Branden. Princeps Elector, Ioan. Trithem.
abbati S. Iacobi Herbipolen. Salutem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

Trithem
Opere
Historia

336

EPISTOLÆ FAMILIARES

ipso narrantur, eum potuisse minime, certa est mihi ratione persuasum. Nihil etiam idolo-latra cum sanctis Dei spiritibus commune suisse credendum est. Restat igitur in dubitata diffinitione tenendum, si ea fecit miracula quæ sibi de illo scripserunt, non alia quam demonum patrata cooperatione atque virtute, quibus non est difficile miraculis falsis hominum sibi deditorum etiam in maioribus decipere sensus, quippe qui nobis natura & industria per longam consuetudinem ad figurorum productionem subtiliores existunt. Sed magices argui Apollonium sibi non patiuntur. Adhæreo itaq; priori sententia, quam dixi, miracula in scripta Apollonio, vel per ipsum vel per eius discipulos excogitata, confita & ementia: neque induci ut aliter sentiam facile me posse existimo, nisi forsitan artibus dæmonum attribuenda concedant. Quid mirum si homines mundane dediti sapientiae & philosophiae, cognitionis quoque diuinæ penitus signari, laudis & estimationis inter homines cupidissimi, de suo preceptoru[m] maiora confinxerunt miracula falsa, quam apostoli de saluatori nostro per orbem vniuersum prædicauerint & in eius nomine fecerint vera. Ut ergo summatim vniuersa Tyanci miracula concludam: si fecit ea quæ sibi miranda in eius laude scripserunt, magus profecto & dæmonum larvarumque infernalium excantator fuit. Si non fecit (ut mea sententia habet) nulli dubium esse potest, quin omnia per Damidem ceterosque discipulos eius sint excogitata, confita & ementia, ut falsis magistrum exornarent laudibus, quo & ipsi gloriam inter mortales consequerentur æternam. Si facti miraris temeritatem, cogita quid ab initio non præsumpsit Græcorum audacia scriptorum? Multorum sententia est, Græcorum historias consic̄tis scaturire fabellis, & excidium illud ingens Trojanum poctorum est figuratum. Libenter Apollonianis commenticiis dæmones credimus impendisse operam, ut per hæc Damidem sociorumque illius figura, Christiana vilesceret inter gentiles religio, cum Tyaneus non minor videretur fecisse apud Græcos, quam Christum audiuisserint operatum apud Iudeos. Arbitrabantur etiam forsitan hominibus facile persuadendum Christum propter miraculorum exhibitionem non esse Deum, quorum patratione & ipse Apollonus idolorum cultor, qui nullam de se prædicari diuinitatem propterea voluerit, non minus extisset insignis. Quam autem fuerit iste Tyaneus estimationis & humanae gloriae cupidus, multa per Damidem scripta in diuersis testantur locis, maxime vbi Deos & animas defunctorum in templis idolorum sibi apparuisse locutosque grandia ipse Apollonus discipulis recitat. Quicunque ergo Tyaneum conscripta de illo miracula aut sua virtute naturali, aut sapientia philosophica & sanctimoniam puritate, aut scientia naturali, quam magiam physicam appellant, secissem credit, caueat ne Christo saluatore omnium iniurietur, quia si ea fecit, dæmonum excantator potius quam philosophus fuit. Hæc est candidissime præful mea de miraculis Apolloni sententia, quam scire voluisti, cui quidem si quis voluerit esse contrarius, non satis mihi videtur intelligere, quoisque humanae se nature vites extendant. Vale clarissime pontifex, & Trithemum tuum habeto commendatum.

Ex Herbipoli 16. die mensis Aprilis Anno 1507.

XXIII.

IOACHIM DEI GRATIA MARCHIO BRANDEN. PRINCEPS
Elector, Ioan. Trithem abbati S. Iacobi Herbipoli. Salutem.

REVERENTE in Christo pater, vir claris. sciat paternitas tua me diuina miseratione sanum & incolumem vñā cum vxore, & filio, quod ipsum & tuæ paternitati super omnia fauco, precor & oro, quia felicem statum eiusdem sapientia audire me valde delectat. Dedit ad me literas Dominus & frater meus Coloniensis Archiepiscopus Princeps Elector, cum quibus & tuæ paternitatis literas misit, quas ad eum in mense Martio dedisti, excusationem & impedimenta continentis, quare ad ipsum personaliter non descendentes à me ad patriam reuersus, & tibi commissia per me mittere quare sine nuncio certo nequas, quæ omnia mihi placuerunt. Agit autem sua paternitas gratias infinitas de libris & aliis medicamentis, qua tibi commisi ad eum si posses cum literis meis personaliter deferenda. Verum ex quo tibi hoc tempore non est animus descendendi ad eum, & ipse missi à me diutius ægre posset carere muncribus, misi hunc nuncium eius ad te, per quem illi ut mittas mitterenda etiam atque etiam rogo. Reliqua vero secretiora, quæ ore serenda commisi, penes te maneant, donec cum personaliter accedere potueris. Vale santis & felix orans pro nobis ad Deum. Ex Colonia mea circa Sprenum 28. die mensis Maii, Anno Christi 1507.

XXIII. RE-